

C. 13. DE TIBIIS VET. 245
hilarasse. Scytharum Rex Itmeniam
tibicinem bello captum canere jussit
inter pocula. Omnibus autem admi-
rantibus & præ voluptate plaudenti-
bus, jurejurando affirmavit, suavius
se interdum equum hinnientem audi-
visse, ex *Plutarc.* de fortun. Alexandr.
Suidæ $\tau\acute{\alpha}\mu\upsilon\sigma$ est Tibia, inter ebrios
vino diutius durante irritans libidi-
nem & inhonestum faciens convivi-
um.

Moris hujus cum Tibia epulandi
vestigia etiam suggerunt Vetera mar-
mora, quale est perantiquus ille la-
pis apud *Casalium* in Splendor. Urb.
Rom. c. 18. pag. 320. etiam ex vinea
quondam Card. de Montealto adducit
Schach. Myroth. 1. c. 33. pag. 308. Et
ejus icon etiam videri potest apud O-
Etav. *Ferrarium* de Re Vestiar. par. 1.
pag. 92. quem ex *Ursino* ad *Ciaconii* Tri-
clinium subjicit, in quo antiquus Tibia-
rum in conviviis usus videtur eluce-
scere. Paginâ sequenti eandem nos
quoque damus.

L 3

No-